

¶ Prouinciales ordinū Mendicantium [suo-
rum Priuilegiorum virtute] possunt absolue-
re suos subditos à suspensione à diuinis in fo-
ro cōscientiæ, & in foro etiam exteriori, quā-
do ista pēna non est perpetua in foro exte-
riori. Hæc Conclusio est patris Emanuelis. 2.
Parte Summæ, verbo Prelados. c. 29. 3. Cō-
clusio &. 1. Tom. qq. regul. q. 20. art. 14. &
probat per Priuilegium Clementis. 4. in
principio allegati vbi cōcedit, Prælatos su-
periores posse absolvere suos subditos à qua-
cūq; suspensione à iure vel ab homine gene-
raliter promulgata. Quid? Quod Prælati
Regulares habentes iurisdictionem quasi E-
piscopale[m] [cuiusmodi sunt Prouinciales] pos-
sunt ab ea absolvere in foro conscientiæ, si
procedat à delicto occulto, non deducto in
iudicium, iuxta Indultum concessum Episco-
pis à Concilio Tridentino Sessione. 23. c. 6.
de reformatione, quod indultum ipsis Præ-
latis etiam communicatur, vt dicit pater E-
manuel vbi supra.

✱ ALTARE. ✱

¶ Circa Altaris benedictionem vide ea, quæ
dicuntur, verbo, Infidelium conuersio.

¶ Cle